

est in nostra potestate, scilicet operatio libera, ad quam datur talis motio: potest quoque voluntas seipsum impeditre, ne habeat illam motionem: unde si non operetur adum, imputabitur ipsi voluntati, eō quod suā culpā impedit, ne prædeterminetur.

Ad aliud respondet Deum prædeterminare ad entitatem, seu materiale peccati, non verò ad formale, quod est quidam defectus proveniens à causa defectibili, nempe causā secundā.

*Argum. 10.* *Decimū:* Quando non volumus aliquid, nisi in quantum aliud illud vult: aut quando non est in nostra potestate aliquid velle, nisi quia absoluē determinauit ab aeterno nos illud volituros, tunc liberè non illud volumus: sed ita se res habet in praesenti; ergo non liberè eliciimus operationem, quia illud velle non est nostrum velle; prædeterminatio ergo faciet, ut veniamus, & per consequens nostrum velle non erit nostrum velle.

*Respondeo* illud quoque facere pro nobis. Respondent verò Thomistæ fusissime ad hoc argumentum, cùm sit unum ex præcipuis in ipsis proponi solitis, nimur quod aliud sit posse currere, & aliud currere. Ita aliud est posse velle, & aliud actu velle: ut voluntas possit velle, non est opus decreto illo efficaci Dei, nec prædeterminatione illa, tamē ipsa requiritur, ut actu voluntatis velit.

*Infringunt.* Quod si insites: Prædeterminatio illa ad actum imponi necessitatē antecedentem, unde fit argumentum: Illud quod habet necessitatē ex aliquo priori, est necessarium absoluē: sed res creatæ comparantur ad Deum, ut ad aliquid prius, à quo prædeterminantur, ergo illa prædeterminatio ponit necessitatē antecedentem in voluntate.

Respondent Thomistæ posteriora habere necessitatē secundū modum priorum, prædictē ea, quia sunt voluntate diuinā, talem necessitatē habere, qualem vult Deus ea habere: unde potest distingui maior argumentum, nimirum eam concedendo de eo, quod habet necessitatē à priori determinante posteriori determinatione naturali, & non contingenti; sed Deus determinat voluntatem creatam iuxta modum ipsius naturæ creatæ, vultque Deus ipsam creatam voluntatem producere actuū liberē, ergo non eam necessitat: necessitatē tamen, si eam prædeterminaret ad unum medio iudicio, quo homo iudicaret bonum, quod prosequitur, habere necessariam connexionem cum bono in communi, ad quod voluntas est naturaliter determinata, ut sit in visione beatifica, & motibus primo primis: at in praesenti etiam præsupposita prædeterminatione iudicium nostrum iudicat bonum, quod prosequitur voluntas, non habere necessariam connexionem cum bono in vniuersitate, in quo salutat libertas.

Hæc & similia plura in defensionem opinionis Thomistica habet Aluarez *diss. 22 lib. 3 de auxilijs, & passim in alijs disputationibus, & certe nisi quis calcat doctrinam Aluaris vix se extrahit ab impugnationibus contrariae opinionis.*

*Ex omnibus prædictis gen-* Verum quām faciliori negotio fere expedit, rent Philosophi ab his Labyrinthis non admittantur.

tudo immediatum concursum Dei; Nulla enim inferretur ex hoc Deo iniuria, ut patet ex Responsionibus, Clypeo tertio datis. Item quantò melius contra Calvinum defendemus Deum nullatenus esse authorem peccati! Item quām euidentius saluaretur hominis libertas, in qua conservanda cum sua prædeterminatione tan-  
toper laborant, & laborarunt Thomistæ! quo-  
ad actus tamen supernaturales necesse est, ut vo-  
luntas præmouatur, cūm enim actus sit super-  
naturalis, & potentia naturalis, proindeq; non  
sit proportionis inter potentiam, & actum, debet  
potentia præmoueri ab aliquo ipsam proporcione,  
nempe à gratia actuali, à qua an præmo-  
mouatur Physis, an tantum moraliter? non  
est huius loci determinare, cūm difficultas sit  
merè Theologica.

Ex hoc fundamento possum deducere: pro nobis argumentum ex opposito: si idēo nostra voluntas ad actus supernaturales indiget auxilio Dei, quia non est proportionata illis actibus, cūm sit ordinis naturalis; ergo quia est propor-  
tionata ad actus naturalis ordinis, idcirco non  
indigebit alieno adiutorio ad elicendos actus  
naturalis ordinis, & per consequens frustrapo-  
netur concursus aliquis adiuuans concursum  
causa secundā.

Ex altera etiam parte, qui admittunt con-  
cursum tantummodo simultaneum, nullam ne-  
cessitatem concursus Dei videntur stabilire, si  
enim esset necessarius, id foret prædictum ut per-  
tieret causam secundam in actu primo, aut in  
actu secundo: non ponit eam in actu primo, ne-  
que in secundo, quia ex illorum mente non ca-  
dit in causam, causa autem non ponitur in actu  
primo, neque in actu secundo, nisi per aliquid,  
quod in seipso recipiat: at secundum concursus  
simultanei assertores ille non caedit in causam,  
sed tantum in effectum, ergo nullo modo erit  
necessarius, ut causa secunda operetur, causa  
enim posita in actu secundo de se, & non per al-  
iquid aliud potest elicere actuū secundum as-  
que illo alio: sed causa secunda, ut visum est,  
non ponitur in actu secundo per illum concur-  
sum, ergo causa secunda non indiget illo ut actu  
operetur, ergo nullo modo ipso indigebit.

Credo equidem, quod si quis tranquillo  
animo, & absque zelo factionis ad haec dicta  
attendat, aduerteret satis fore Deoq; & nobis magis fauere, si denegetur ille immediatus Dei con-  
cursus ad actiones causarum secundarum pro  
actionibus naturalis ordinis; diuertendo enim  
ad prædeterminantes maximum est periculum  
de medio tollendi ipsam libertatem, saltē te-  
nentur illam libertatis definitionem negare, quā  
dicitur libertas, seu liberum arbitrium esse facul-  
tas, que positis omnibus prærequisitiis ad agendum  
potest agere, vel non agere; si enim reciperem  
hanc definitionē, statim hæc instantia fieret: po-  
sitā illā prædeterminatione voluntas non potest  
non agere, ergo tollitur eius libertas: hoc etiam  
argumentum potest fieri contra eorum opinio-  
nem de efficacitate gratia, sed non est huius loci  
fusius hoc examinare, ponentes autem solum  
modo concursum simultaneum ex hoc negant  
colligi, quod sit necessarius, ut iam ostensum est,  
& hæc dicta sint, saluo tamen meliori iudicio,  
quod